

Matth. 28, 20. sulere ipse, cum malis timorem, bonis vero conferens consolationem, ascensurus in coelum, dixit^a: *Ecce ego vobiscum^b omnibus diebus usque ad consummationem^c seculi*, acsi diceret: 'Insistite bonis, reprimate mala, quia, etsi corpore discedo, potestate tamen nusquam desum nec deero, sed, ex alto suspectans^d intente, certus retributor ero'. Haec et alia exhortamina dictis^e et factis domini Iesu nobis sufficere ad correptionem^f deberent, ut unusquisque nostrum scriptum^g sub timore Dei regens^h, christianitatis iura fideliter complens, omnes actus suos illius semper examinationi expositos credens, hunc ducem, principem ac regem assiduis orationibus sibi assistensⁱ, hunc exactorem operum et ultorem malorum indubitanter venturum cognoscens, cordis domicilium, ut eius, quam promisit^k, cohabitatio ibi inoffensa permaneat, odoribus vere charitatis^l replens^m. . . . Sed divina praescientia, duritiam cordis nostri non solum verbis, sed etiam verberibus inflexibilem cognoscens, multum nobis etiam in hac parte consulens, submititⁿ rectores et propositos^o sue ecclesie, qui fungerentur illius vice, *ad vindictam scilicet malefactorum, laudem vero bonorum*; quorum^p timore ad bonum cogerentur illi, qui nec amore nec timore Domini a malis detraherentur. Hinc in ecclesia esse reges et iudices, iura et leges, adstipulante domino Paulo, Rom. 13, 3. cognoscimus, qui ait: *Principes non sunt timoris^q boni operis, sed mali*.

Ex quibus nostris temporibus velut lucifer inter astra emersit rex Ludovicus, qui, quantum potentia videtur prae-cellere, tantum suos omni bonitate nititur praeire; nam catholica religione diligentissime imbutus, virtute conspicuus, charitate^r splendidus, pietati deditus, pacis et veritatis amator, recti executor, gloria ecclesiarum, consolatio profligatorum, laus bonorum, perniciēs malorum^s, factis Prov. 20, 8. complens illud Salomonis dictorum: *Rex, qui sedet in solio iudicii, intuitu suo dissipat omne malum*. Hinc ergo, charisimi^t, hinc nos oportet^u gaudere, hinc summo regi regum

a) dixit] dixerit. b) vobiscum] sum *add. Vulg.* c) consummationem] consumptionem. d) suspectans] = aspiens; *vgl. Psalm. 101, 20.* e) dictis] ex dictis. f) correptionem] correctionem. g) scriptum] scripturam, *d. h. die Bibel.* h) regens] legens. i) assistens] asciscens. k) promisit] *nämlich Christus.* l) charitatis] caritatis. m) replens...] *im Ms. keine Lücke; man erwartet ein zu* ut unusquisque *gehöriges Verbum, etwa:* praemiis aeternis afficiatur. n) submitit] = substituit(?). o) propositos] praepositos. p) quorum] *nämlich der rectores et praepositi.* q) timoris] timori. r) charitate] caritate. s) malorum] malorum est. t) charissimi] carissimi. u) oportet] oportet.